



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

Provincia Toletana. Scholæ & Congregationes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66514)

# PROVINCIA TOLETANA.

## Scholæ & Congregationes.



X auditoribus Belmontani Col-  
legij sex amplexi sunt nostrum  
viuendi institutum. tres è so-  
dalibus Madritanis. Mirum  
in modum illi Sodalitio promo-  
uendo conducit zelus animarum, qui in magi-  
stris elucet. in nouam quandam decuriam, sic  
illi nominant, aptissimum quemquam disci-  
pulum seligunt. vacuis diebus, certo tempo-  
re, in proprijs clasibus conueniunt: pia le-  
ctione, sanctorum exemplis, repetitione cõcio-  
nis audite, sermonibus de virtute, ita erudiunt  
ad Congregationem, vt hinc ad eam, quasi ex  
quodam eius tyrocinio, aut vestibulo valde  
expoliti trãseant. Talabricæ hoc anno in Con-  
gregationem Deiparæ Virginis externis etiã  
hominibus factus est aditus, qui tantum pa-  
tebat nostris auditoribus. adiere è prima no-  
bilitate viri. Canonici prope omnes. ipse Ar-  
chiepiscopi Vicarius, tanto impetu ad pietatẽ  
vt hic & nouũ, & admirabile fuerit spectare  
Vicarium, Decanum, aliumque virum nobilem.

& Senatorem stipem pro vinc̄tis hoſtiatim  
corrogantes. Toleti pariter propter multitu-  
dinem, Congregatio in duas quaſi claſſes diui-  
denda fuit: nouamque conſtituunt frequentes  
urbane Academiæ auditores.

### Facta pro ſalute animarum.

**S**pectra nocturna mirum in modum vexa-  
bant hominem; putabat ſe Deo exoſum,  
& iam prope Dæmoni traditum: impatiens  
doloris, quo ſe eriperet ſaltem ex huius vitæ  
moleſtijs, iter cepit ad turrem altiſſimam, vt  
ex ea præcipitem ſe daret in Tagum, qui ſub-  
terfluit. prope erat præcipitium, cum præſto  
fuit elegantiſſimus puerulus qui verbis aman-  
tiſſimis molliuit impetum, docuit de errore,  
mentem inſolito lumine, pectus dulcedine no-  
ua compleuit: tum ex oculis euannit. non ita  
multo poſt eadem reuoluentem animo reuoca-  
uit Virgo Deipara cuius ædem frequētabat,  
fecitque vt Talabricam accederet ad noſtrum  
ſacerdotem, atque ex eius conſilijs acciperet  
conſtantem quietem, & perfectam animi ſa-  
nitatem. Miſit Deus Murcia duos ſacerdo-  
tes in villam suburbanam. incidere in fe-  
minam pauperrimam ſeminecem, quæ cum ge-  
ſtaret vterum, ſtatim effudit filium. vix bap-  
tizatus deceſſit è vita. expiratura mater quo-  
que fuiſſet, ni ydem confirmaſſent miſellæ cibo  
corpus,

corpus, & sacramentis animam. Agendum sedulo fuit, vt Carabacæ filia quatuor abduceretur à cura dicam, an à proditione matris, quæ è prostituto illarum corpore aperiebat officinam impudicitia. At vero Madridij elaborandum, vt totidem Mahometani memoranda, & per nullos expugnatae peruicacię ante capitale supplicium christiani fierent, & corporis iactura lucrarentur animum.

### Temporalia quædam incrementa.

**T**emplo Ocananiensi donata Lycnus pensilis, candelabra quatuor ex argento. Angustia domicily Oropesani laxata cubiculis duobus, & triginta. Absolutum est templum Sicuranum. Carabacense Collegium erat in loco sine aqua angusto, ita natura clauso vt latius explicari non posset, vicinum templo cuidam, cuius campana importuno, atque absono strepitu omnes fere nostras exercitationes turbabant, vt molestissimè medias interdum conciones abrumperent. parua res in speciem, sed omnino magnę difficultatis. migravit tandem in locum ampliorem, salubriorem, quem pari vtilitate, & voluptate interfuit copiose aqua riuus, & habet prospectũ in amenissimos campos.